



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia**

Ab anno DLXXVII. ad annum DXC.

**Parisiis, 1644**

Epistola XVII. Gregorii Papae I. Ad Vniversos Episcopos Italiae. Vt filii Longobardorum in haeresi Ariana baptizati ad fidem catholicam concilientur.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-15221**

EPISTOLARVM LIBER I. 175

venire te volumus, vt auctore Deo aggregata Synodo, de ea quæ inter vos vertitur dubietate quod iustum fuerit iudicetur.

EPISTOLA XVII.  
GREGORII PAPÆ I.

AD VNIVERSOS EPISCOPOS ITALIÆ.

Vt filii Longobardorum in hæresi Ariana baptizati ad fidem catholicam concilientur.

*Gregorius vniuersis episcopis Italiæ.*

**Q**VONIAM nefandissimus \* Autharis in hac, quæ nuper expleta est, paschali solennitate, Longobardorum filios in fide catholica baptizari prohibuit: pro qua culpa eum diuina maiestas extinxit, vt solennitatem paschalem vltcrius non videret, vestram fraternitatem decet cunctos per loca vestra Longobardos admonere, vt quia vbique grauis mortalitas imminet, eosdem filios suos, in Ariana hæresi baptizatos, ad catholicam fidem concilient, quatenus super eos iram Domini omnipotentis placent. Quos ergo potestis admonete: quanta virtute valeatis, eos ad fidem rectam suadendo rapite: æternam eis vitam sine cessatione prædicare: vt cum ad districti veneritis conspectum iudicis, possitis ex vestra sollicitudine lucrum in vobis ostentare pastoris.

Paul. diac.  
libro 3. cap.  
8. de gestis  
Long. Ioan.  
diac. libro  
2. cap. 50.

EPISTOLA XVIII.

GREGORII PAPÆ I.

AD PETRVM SVBDIACONVM.

Vt Marcello victus & vestitus necessaria ministrentur.

*Gregorius Petro subdiacono.*

**I**NSIN VATVM nobis est Marcellum \* Barubicanae ecclesiae, ibidem in Panormitana ciuitate, in monasterio sancti Hadriani, in pœnitentiam deputatum, non solum victus necessitatem pati, sed & nuditatis nimiam sustinere molestiam. Pro qua re necesse habemus strenuitati tuæ præfenti iussione præcipere, vt ipsi pro victu & vestimento, fratoque ad continentiam, pueroque eius annonam quan-

Ioan. diac.  
libro 2. cap.  
50.